Tranſeo ad *exempla.* Nata eſt (inquit Cornel. Nepos *lib. de vit. Excel-*

*Excellent. Imp. in vit. T. Pomp. Attici cap. XIX.*) Attico *Neptis* ex Agrippa, cui virginem filiam collocârat. Hanc *Cæſar* vix anniculam, *Tiberio Claudio Neroni Druſillâ nato*, privigno ſuo, deſpondit: quæ conjunctio neceſſitudinem eorum ſanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem. Sic & *Andreas Pannoniæ Rex*, cum prius pacem pactumque per Legatos cum *Henrico IV. Cæſare* confirmaſſet, etiam *ſororem ejus minorem filio ſuo adhuc puero* Sponſam obtinuit. Herman. Contractus *in Chronic. ad Ann. MLIX.* Exemplum quoque inſigne eſt in *D. Eliſabetha*, welche in ihrer Kindheit dem Landgraffen Ludwigen in Heſſen und Thüringen verſprochen geweſen / ſo doch lieber ein Jungfrau geblieben wehre / folgte gleichwol ihrem vertrauten Herrn Gemahl / der auff der Reiß nach dem gelobtem Land / zu *Brundus* (oder *Hydrunti in Apulia*, wie Lipſius in *D. Virgine Hallenſi cap. II.* ſchreibet) geſtorben *Anno 1228. Chronica* des Cloſters und heiligen Bergs Andechs in Beyern *part. I. cap. I. Annotat. IV. ſub. tit:* Der Heiligen aus dem Geſchlecht der Graffen von Andechs *fol. mihi 17.* Ipſa verò *Eliſabetha*, quæ à cunis à matre in vitæ ac morum ſanctitate educata eſt, *obiit anno MCCXXXII.* referente

Wigulej. Hund im Beyriſchen Stammenbuch *part. I. tit.* von den Graffen von Andechs *fol. 30. circ. fin.*

Paulò *recentiora*, ſuppeditat idem Wigulejus Hund *d. loc. fol. 18.* Herr Henrich Notthafft (ſchreibt er) hat ſeine Tochter Argula / Vlrichen / Herrn Jobſten Sohn verſprochen / doch ſolt das Beylager erſt über eilff Jahr werdē Sic *ibid.* Anna / Herrn Jobſt fünffte Tochter / die ward Henrichen von Pappenheim verſprochen *Anno 1413.* doch das Beylager erſt über ſechs Jahr. Jmgleichen Herr Jobſt von Abenſperg verſprach ſeine Tochter Margaretam / Herrn Heinrichs Nothafften zu Wernberg Vitzthumbs Sohne / Albrechten Nothafften / doch das Beylager / ihr beyder Jugend halb / erſt über neun Jahr. Herr Jobſt verſchrieb ihr 1500. Gülden zum Heyraht Gut / auff ſeinem Schloß altem Egloffsheim cum pertinentiis, das ſoll Sie auff Wiederlöſung inn habē. Und iſt dieſe Abred bey verlierung des Heyraht Guts beyderſeis Verpoent worden. *Anno 1422.* Hundius. *d. loc. Wolffgango* quoque *Ludovici Leoſtenii filio*, *Friderici* Victorioſi, Comitis Palat. *Nepoti*, deſponſata fuit *Anno MDIII.* ELISABETHA, *Craffcii*, Hohenloj Comitis, & *Helenæ* Duciſſæ Wirtenbergicæ *filia vix quadrimula*, rejectis nuptiis in eum annum, quo *nubilis*

*& matura viro futura erat*, acceſſit *pœnalis ſtipulatio*, ſi quis auſus fuerit contravenire. *Periit* autem Sponſus infelix *Anno MDXII. 15. Jan. in ipſo nuptiali apparatu*, arcis Leoſteniæ incendio miſerè conſumtus. Author *Stemmatis Leoſtenian*. Sic & apud Polydor. Virgil. *hiſt. Anglic. lib. XIII. fol. 229.* inter *Henricum & Ludovicum*, poſt reconciliationem renovata eſt affinitas, deſponſatâ. *Adelâ Franci Regis filia*, *Ricardo* ipſius Henrici filio, Aquitanniæ Comiti & quia *puella nubilis non erat*, deducta eſt in *Angliam*, & Regis commiſſa curæ, *quoad pubeſceret*.

Alſo hat Käyſer Maximilianus Neptem ſuam MARIAM, ſeines Sohns Philippi Caſtiliæ Regis filiam, LUDOVICO Hungariæ Bohemiæque Regi, Uladislai Regis filio verheyrathet/ accedente ad hoc mutuo & expreſſo, quantum per ætatem licuit, eorum conſenſu & voluntate; proferente REGE LUDOVICO hæc verba formalia: EGO LUDOVICUS ACCIPIO TE MARIAM IN MEAM LEGITIMAM UXOREM: contra autem ipſa Domina MARIA pronunciante: EGO MARIA ACCIPIO TE LUDOVICUM IN MEUM LEGITIMUM MARITUM: coram Reverendiſs. in Chriſto P. Dom. Dom. *Thomas*, tituli S. Martini in montibus Presbytero Cardinale, & Archiepiſcopo Strigonenſi, & Patriarcha Conſtantinopolitano, & Sedis Apoſtolicæ de Latere Legato, hujusmodi Contractum per annulorum ſubarrhationem, & aliis neceſſariis firmante & ſolemnizante, hàc potiſſimum lege & fine; Ut ſuccedente per tempus legitima atque idonea ætate, præfati Dominus LUDOVICUS Rex, & Domina MARIA, hujusmodi Matrimonium per copulam carnalem, ut convenit, inter ſe conſummare debeant. Darbey d. Mariæ zum Heyrath-Gut/ *Dotis nomine*, geſetzet und aſſigniret, *ſummam* ducentorum millium florenorum Hungaricorum, recompenſandam tum ſuo tempore cum alia dote. &c. Hingegen hat König Uladislaus, an ſtatt ſeines Sohnes LUDOVICI zum Gegenvermächtnüß / *loco Donationis propter nuptias*, ſive *Contradotis*, Dn. MARIÆ, reditus annuos valoris *viginti quinq; Millium Florenorum Hungaricalium* ſuper bonis ac locis in Regnis ſuis Hungariæ & Bohemiæ aſſignari ſolitis, vermachet und verſchrieben.

Gleichermaſſen iſt cum Domina ANNA, Ejusd. Uladislai Regis Filia, & FERDINANDO, Auſtriæ Archiduce, mediante Maximiliano Imp. contrahiret worden/ additis aliis *quibusdam conditionibus* de quibus omnibus, & horum duorum matrimoniorum Contractu, vide omninò *Contractum Matrimoniorum Regalium* inter Ludovicum Ungar-

gar. Reg. & Mariam Reg. Hiſpan. Filiam: nec non Ferdinandum tunc Archiducem Auſtriæ, & Annam, Ladislai Regis Ungar. Fil. medio Maximiliani Imper. factum, de dato Viennæ, Dominica die Feſti Mariæ Magdalenæ, *22. Julii Anno MDXV.* apud

Mich. Caſp. Londorpium *Actor. publicor. part. I. cap. XCVI.*

Martin. Zeiller ſchreibet/ daß **Hertzog Henrich zu Glogau/ mit Fräulein Barbara**/ Marggräfin zu Brandenburg/ da ſie erſt zehen Jahr alt geweſen Beylager gehalten/ aus der Schleſiſchen Chronick Curei. Joh. Cernitius *in hiſtor.* von den Marggraffen und Churfürſten. zu Brandenburg des Jahr *1626. in fol.* gedruckt/ ſagt/ Sie/ die Barbara/ ſey damals noch nicht völlig zehen Jahr alt geweſen. Schikfuſius in der Schleſiſchen Chronick 12 Jahr. Zeilerus aber fället dem Cernitio, als Churfürſtl. Brandenburgiſchen geheimen Schrifftverwahrer bey/ corrigiret ſich ſelbſten/ in deme er in der *94. Epiſt. Cent. III.* von 12. **Jahren** gemeldet.

**im fünfftem hundert Epiſteln**/ *Epiſt. XXXVIII. pag. 250.*

Anno MDCXLIV. hat der junge Printz/ Wilhelm von Uranien / **im 15. Jahr ſeines Alters** / mit der Königl. Princeſſin aus Engeland/ **von 12. Jahren**/ im Gräfenhaag / den 26. Febr. Beylager gehalten/ wovon zu ſehen Theatrum Europæum *part. V. fol. 275.* Welche zuvor/ da Sie noch Kinder / von den Eltern aneinander verſprochen waren.

Von den **Benjanen** / ſo über gantz Orient in allen Handelſtädten hin und wieder zuſtreuet/ meldet Joh. Albertus Mandeßlou/ daß ſie gleich den **Raßbuten** / auffs höchſte 2. **Frauen nehmen** / mit welchen Sie ſich **gar jung trauen** / **in 12. und 9. Jahren**/ ſpielen ſo lang / biß der Ernſt folget. Erzehlet darbey eine **warhaffte Hiſtoriam** / ſo bey dieſes itzigen *Moguls*, *Shach Choram* Zeiten ſich zugetragen. Daß nemlich ein *Rasbuth*, nicht weit von *Ægra* wohnend/ mit ſeiner Frauen eine **Tochter gezeuget**/ welche **im andern Jahr ihres Alters** / ſo groſſe Brüſte / als eine ſeugende Frau / bekommen / dieſer Leute Nachbar / **ein Schmidt**/ perſuadiret dem Vater / daß er das Kind / nach ihrer Manier / an etlichen Orten möge brennen mit einem glüenden Eyſen/ damit den übrigen Feuchtigkeiten ein Weg gewieſen würde / und die gröſſe der Brüſte ſich verlieren. Nach deme der Schmidt die Brandmahl gethan/ wird er alſo bald kranck und ſtirbt / wie auch bald darauff dieſes Kindes Eltern / und andere die dabey geweſen. Das Kind aber hat nach dem **dritten Jahr ihres Alters**/ Weiblichem Gebrauch nach/ **ihre ordent**-

liche *Menſes* bekommen/ ( de puellula, quæ ab octavo Nativitatis die, ſanguinem, inſtar menſtruorum, per integrum decennium ex utero emiſit, vide ſis Loyſæ Bourgoſis Hebammenbuch/ *part. II. cap. V.* & Eandem, de puella quinque annorum, quæ albo fluxu in magna copia laboravit, *d. part. II. cap. VII.* Variasque de ſanguine menſtruo quæſtiones apud Stephan. Rodericum Caſtrenſem Luſitanum, *tract. de natura muliebri*, Hanoviæ Anno *1654.* typis impreſs. in quarto. Notus eſt verſiculus: *Luna vetus vetulas, juvenes nova Luna repurgat*) im vierdtem Jahr hat ſie wieder auffgehört / der Leib aber iſt ihr auffgelauffen / als einem ſchwangerm Weibe. Im fünfftem Jahre iſt das auffblehen des Leibes etwas verſchwunden / im ſechſten aber hat ſie einen jungen Sohn gebohren / der Mogul hat Mutter und Kind zu ſich holen laſſen / und ümb groſſe Verwunderung bey ſich behalten. Ob nun wol bey den Rasbuthen die Manier/ Kinder von vier oder fünff Jahren mit einander zu trauen / auch wol den Beyſchlaff als Kindern vergönnen/ wie auch bey dieſer geſchehen iſt / ſcheinet es doch wider die Natur zu ſeyn / ſo frühzeitig Kinder zu zeugen/ und diß iſt gleichwol geſchehen. Die Rasbuthen und Benjanen haben den Gebrauch / wann ſie ihre Kinder ſo jung mit einander verlobet / und der Knab von der fleiſchlichen Vermiſchung abſtirbet/ darff das Mägdigen ihr Lebtag nicht wieder verheyrathet werden/ noch einigē Schmuck an ihrem Leibe tragen. Muß alſo armſeelig in Jungfrauſchafft ihr Leben zubringen.

Aus dem Schreiben an M. Olearium in ſeiner Reyſe aus Perſien nach Oſt Indien *fol. 10. & 11.*

Alſo auch die Armeniſche Chriſten / verheyrathen ihre Kinder / wann ſie ſchöne ſind / ehe ſie noch Mannbahr werden / vorzukommen/ damit ſie nicht in ihrer Könige Hände gerathen. Dann die Jungfrauen / ſo dem König in Perſien lieb ſeyn ſollen/ müſſen nicht über 18. Jahr alt ſeyn. Und hatte Scach Sefi, der König im Gebrauch / daß er bißweilen der Armenier Häuſer in Iſpahan durchſuchen / und die Schönſten / unter 12. Jahren / in ſein Frauenzimmer nehmen lieſſe / damit er ihrer Jungfrauſchafft verſichert were.

Olearius in der Perſianiſchen ReyſeBeſchreibung *part. II. fol. 446.*

Porrò de Trimeſtri, Quinquemeſtri, Septimeſtri, Octimeſtri, Nonimeſtri, Decimeſtri, Undecimeſtri, Duodecimeſtri, Tredecimeſtri, Quatuordecimeſtri, Quindecimeſtri partu, Vide piæ memoriæ patrem ocuſiſſimum, Henricum Salmuthum *in Notis* ad Panciroll. *part.*

Sed cùm natorum corpora non deceat eſſe venalia propter pecuniam, aut alia πλεονεκτήματα, Melancht. *in Exam. Ordinand. ſub general. rubr. de Conjugio, tit. de deſponſal. impub.* quæritur: An pars, quæ nolit ſtare deſponſationibus, & matrimoniū conſummare, teneatur alterī parti pœnam promiſſam dare. Quod *Negatur.* Matrimonia enim debent eſſe libera, unde talis pœnæ adjectio ipſo jure eſt nulla, nec obligat contravenientem: cùm ſit contra bonos mores interpoſita, Eſt enim inhoneſtum vinculo pœnæ matrimonia conſtringi, *per l. Titia. ff. de Verb. oblig. & §. Gemma. de Sponſal.*

Beuſt *d. tr. de Sponſal. cap. IV. à pr.* ubi tamen limitationes videre intererit.

Concordat Churpfaltz: Ehegerichts-Ordn. *tit. VI. §.* demnach: Demnach ſich auch bißweiln zuträgt / daß die Eltern aus allerley Urſachen / ihre Kinder / die noch nicht zu ihrem Verſtand und Mannbahren Jahren kommen / andern Ehelich verſprechen / und deßhalben allerhand Contract, Pœn und Geding zwiſchen einander auffrichten (exempla paulò ante recitavimus) auch ſo ſie ihre Jahre erlangt / ſolches / was von den Eltern zugeſagt und verſprochen / die Kinder zu halten zwingen und tringen: So ſoll es dißfals kein beſtendige und kräfftige Eheverſprechung ſeyn / und gehalten werden / auch kein Contract, Pœn und Geding gelten / noch binden. Es ſey dann / daß die Kinder / ſo ſie nachmals ihre gebührliche / und in den Käyſerlichen Rechten geſetzte Jahr erreicht / in der Eltern Verſprechung verwilligen / auch dieſelben feſt und angenehm halten. Dannenhero Hertzog Henrici I. Bavari Eheleibliche Tochter / HEDWIG, in griechiſcher und lateiniſcher Sprach wol geübt / als Sie in Ihren jungen Jahren / dem griechiſchem Käyſer CONSTANTINO zur Ehe verſprochen ward / zu Ihme aber keine Liebe truge / nicht zulaſſen wolte / daß man ihres Angeſichts und Geſtalt Abbildung / dem ihr verhaſten Bräutigam hette überſchicken können / ſondern hat allezeit / wann ſie der Maler abcontrafeyen oder abbilden ſollen / mit Fleiß die Zierligkeit ihres Mundes mit zuſammen gezogener Stirn / und verkehrten Augen verderbt. Welche doch hernachmals Hertzog Burckarden in Schwaben / eines Graffen von Helffenſtein Gemahlin worden / teſte,

Brunnero *Annal. Bojcor. lib. VIII. part. II. pag. 483.*

Sic cùm magna eſſet, vulgò etiā licentia Sponſaliorum, nullo ætatis reſpectu, immaturitas Sponſarum ab Auguſto Lege coërcita. Tranquill. *in*

*ipſius vita cap. XXXIX.* ubi Cauſabonus *in Animadverſ. verſ. 24.* Clarè Dio *lib. LIV.* At cùm quidam pueros deſponderent, & præmia nihilominùs ferrent maritorum, rem opusque mariti non præſtarent: ſtatuit nullam ſponſionem firmam eſſe, poſtquam, biennio exacto, nuptiæ non ſequerentur, *hoc eſt*, ut omninò decennem deſpondere opus eſſet, ſi quis Sponſionis ejus vellet fructum capere. Puellis enim XII. annus plenus ad nuptias definita ætas cenſetur. Vide omninò

Lipſium *in Comment. ad III. Annal. Taciti. pag. 146. & ſeqq.*

*An autem pater ſub conditione nubendi tali, vel cum certo genere perſonarum filias inſtituere poſſit?* Vide

Mynſ. *Cent. VI. obſ. XXXI. per tot.*

Ad Quæſtionem, An amatoriæ pollicitationes adoleſcentis nondum viginti annos nati nobilis & opulenti, factæ pauperculæ puellæ, natu grandiori, per fraudem & inſidias matris puellæ, valere pro juſto matrimonio debeant? Vide

Hotoman. *Conſil. CVIII.*

Viciſſim, Num ſi Virgo perſuadeat Juveni, ſe eſſe divitem, & ita inducat illum ad promittendum patrimonium, ſubveniatur Juveni, ſi Contrarium repertum ſit? Reſp. quod Non, ſecundum Joh. de Imola *in cap. cùm dilectus. extr. quod met. cauſ.* Error enim fortunæ non facit, ut matrimonium dirimatur per *text. in c. 1. 29. quæſt. 1.* adde Jaſon. *in l. pacta novißima. C. d. pact.* & Alberic. *in c. cùm dilecti. de emt.* & *in d. cùm dilectus*, ubi poſt Innocent. prædict. *limitat.* niſi eſſet tantus & inſignis dolus, qui removeret conſenſum, & prudentiſſimum quemque falleret; Iſto Caſu ſubveniretur decepto, niſi poſteà per voluntariam ratihabitionem iſte dolus eſſet purgatus.

*arg. c. de illis. de deſponſat. impub.* Nevizan. *in Sylv. nupt.* Henr. Kornman *de Virginit. cap. XXXIX.* Confer. Joach. à Beuſt *de Matrimon. cap. XXXIV.* Tiraquell. *ad L. Connub. V. n. 18.*

Exempla tandem quamplurima Maſculorum impuberum, qui liberos procrearunt ætatis anno XIV. nondum completo, & Fœmellarum, quæ ante XI annum pepererunt, ſuppeditant

Tiraquell. *ad LL. Connub. gloſſ. VII. part. VI. n. 37.* Menoch. *arbitr. jud. quæſt. lib. II. Cent. I. caſ. LVII. n. 32. & ſeqq.* Joh. Coraſius *lib. VI. Miſc. jur. cap. XXIII. n. 5.* Idem *ad Arreſt. Tholoſan. in ca. Tillii annot. I.* Kornman. *de Virgin. cap. VI.* quando Virgo cenſeatur viripotens Hieronym. *in Epiſt. ad Vitalem,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Vitalem*, Cruſius *hiſt. Suevic. part. III. cap. IV. & lib. IV. cap. II.* Caſp. Dornavius *in Rudolpho Habſpurgico*, Foreſtus *lib. XVIII. Obſerv. Medicin.* Arniſæus *de jur. Connub. cap. II. Sect. III. n. 12.* Vigelius *de matrimonial. cauſ. cap. III.* Molrad. *de Matrimon. fol. 56.* Cypræus *de Sponſal. cap. V. §. 2.* Carpzov. *in Juriſpr. Conſiſtor. lib. II. tit. I. Defin. XII. n. 4.* Schenck *lib. IV. Obſ. Medic. p. 91.*

ubi *n. 8.* ait, nequaquam ante annum decimum octavum, à maſculis præſertim ad nuptias properandum eſſe, quippe ante quem ætatis terminum pueris vix ſufficiat ſua ipſorum ars vel induſtria, ut ſe alant, ex Coraſio *in l. precibus. n. 18. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Alciato *in. l. pueri. 204. ff. de Verb. ſig. n. 1.* Quomodo verò uxorem & liberos alere poterit, qui ſe ſolum non poteſt? Certè Immatura ætate nuptias inire, Deo ſemper exoſum, ac triſtes ſecum ducit exitus, monente eodem Cujacio.

*ad Arreſt. Tholoſan. in cauſa Tillii &c. annotat. I. per tot.*

Hinc non incommodè quæritur, *Num mater minorennis ad liberorum Tutelam ſit admittenda?* quod *Negatur.* Non enim indifferenter mater eſt Tutrix liberorum, ſed tùm, ſi fuerit egreſſa *annum vigeſimum quintum ætatis*, de jure Civili, vel annum *viceſimum primum* in foro Saxonico. *l. 2. C. quand. mulier tut. offic.* Paul. Montan. *tr. de tutel. cap. XV. n. 18.* Marian. *lib. I. conſ. VIII. n. 7. & ſeqq.*

Carpzovius *deciſ. illuſtr. Saxon. part. II. deciſ. CXXII. n. 8.*

Addo ad hæc aliud, quod attexere hoc loco, intererit. Tempore *Andronici Junioris Imp.* puer circa Coloniam viſus eſt, qui anno tertio ut infans balbutiebat, ſed iis viribus præditus, quibus Vir 20. annorum, & viro non minus comedebat, circaque pubem pilos habebat Viri ætate integra: ſed priusquam quintum expleviſſet, febri correptus, exſpiravit. Nam penuria humoris infantili ætati debiti tantam ariditatem in ejus corpore excitavit, quanta vel in vicenario ſit.

ex Gregoræ *lib. X.* Joh. Treibbenach *de prudentia vitæ human. & æternæ lib. I. ubi agit de vitæ conſervat n. 3. fol. mihi 279.*

Hingegen ſeynd einige Exempla der jenigen Frauen verhanden / welche viel Jahr in ihrem Eheſtand unfruchtbar geweſen / darinnen ſie doch hernacher liebe Kinder zur Welt geboren / des Königs Alphonſi, Aſtrologi Gemahlin / Violanta, referente Mariana *de rebus Hiſpan. lib. XIII. cap. IX.* hat ihme gar langſam 9. Kinder geborn. Adelheid Boleslai III. Polon. Regis Uxor, hat nach ablauff zehen Jahr noch fünff Söhne bekommen /

kommen habe. Als *Ludovicus XIII.* Rex Franciæ über die 10. Jahr mit ſeiner Gemahlin ein unfruchtbare Ehe beſeſſen/ iſt er A. MDCXXXVIII. mit einen Sohn/ *Henricus V.* genant/ von ihr erfreuet worden. Alſo hat *Salome*, des Großhertzogs in der Moßkau/ *Gabrielis Baſilii*, Gemahlin/ nach dem ein und zwantzigſten Jahr/ noch einen Sohn/ Nahmens *Georgium*, auff die Welt gebracht/ wie zu leſen bey

Mart. Zeillern *Cent. I. Epiſtol. XLVII. pag. 269. & ſeqq.*

Sic & *Andreas Rüttelius*, Laurentii F. Friderici Rüttelii proavus, Cæſar. Maj. Maximiliani I. Conſiliarius & Quæſtor ærarius Superioris & Inferioris Provinciæ Hohenbergicæ, difficillimo editus partu, poſtquam mater ultra 23. annos ſterilis in Conjugio vixiſſet, tandem prægnans facta, ægrè & cum vitæ utriusque ferè periculo enixa eſt. De hoc Rüttelio vide Judicium Aſtrologicum

Friderici Rüttelii, apud Joh. Rudolph. Camerarium *horar. Natalium Centur. Geniturâ LXVII. fol. mihi 79.*

Und erinnere ich mich/ das *Ambergæ*, in der Obern Churpfaltz/ bey meinen Lebenszeiten *N. Reiſſen*, Churpfaltziſchen Secretarii der Geiſtlichen Gefäll-verwaltung Haußfrau N. N. Conrad von Kempten Tochter/ acht Jahr nach vollnzogener Ehe ihren Herrn mit einem wollgeſtaltem Kind erfreuet. Wie dann auch Chriſtoff Beſolts/ des Wirths zu Schleyen/ Ehewirthin/ gleichfals zu Amberg/ im 12. Jahr ihrer Ehe/ ein Kind zur Welt geboren/ und nebſt andern/ einen von Adel/ N. Rueswurm zum Gefattern ſelbigen Kindes erbeten. dico

*in Chronic. & Annalibus meis Urbis Ambergæ.*

Es finden ſich auch denckwürdige Exempel alter Leute/ welche in höchſtem Alter ſich wiederumb in den heiligen Eheſtand begeben/ und etwan Kinder erzeuget. *Thomas Parr*, Johannis Sohn/ ein Engelländer von Winningthon/ in der Graffſchafft Salopia, und in dem Kirchſpiel Alberburii geborn Anno MCCCCLXXXIII unter der Regierung Königs Eduardi IV. hat ein unehlich Kind gezeuget im Jahr ſeines Alters 104. und im 120. Jahr ſeines Alters/ ſich in die ander Ehe begeben/ welche ſeine letzte Haußfrau noch lebte/ und 18. Jahr blind geweſen. Wein und ſtarck getränck hat er nicht getruncken/ noch viel Fleiſch geſſen; Sondern ſich mit Milch/ Molcken/ Butter/ Käß/ Bier ohne Hopffen/ und dergleichen beholffen; hat nie keinen Doctor gebraucht/ ſondern durch Mäſſigkeit ſeyn Leben ſo fern erſtreckt/ und uff 152. Jahr bracht. Iſt geſtorben zu London den 15. Septembris Anno MDCXXXV. und in Weſtmünſter begraben.

Theatr.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theatr. Europæum *part. III. fol. 587.*

Alſo auch hat ein vornehmer Engliſcher vom Adel / *Wilhelm Borneslaw*, nach dem er die hundert Jahr ſeines Alters erreicht / und Wittwer war / ſich noch einmal in den Eheſtand begeben / und wie Leonhard Wurffbein in der Oſt Jndianiſchen Reyſe *fol. 190.* meldet / als er ſolch ſein Reyſebuch geſchrieben / 123. Jahr alt geweſen.

Levinus Lemnius ſchreibet / daß zu ſeiner Zeit in Schweden / regnante Guſtavo, ein Mann von hundert Jahren / zu Stockholm eine Braut von 30. Jahren zur Kirchen geführt / und mit ihr hernach vier Kinder gezeuget habe.

*de occult. natur. mirac. lib. IV. cap. XXIV.*

Wie dann auch vom Herrn Georgen / Herrn von Lamberg / Hieronymus Megiſerus referiret, daß er in der erſten Ehe 40. Jahr gelebt / und keine Kinder bekommen habe: Aber als er im 80. Jahr ſeines Alters / Fräulein Magdalenen / Graffen Phœbi von Thurn Tochter geheyrathet / habe er 10. Söhne und 4. Töchter bey ihr erzeuget / und ſey er neun und neuntzig Jahr alt worden. Alia exempla nobis exhibet

Arniſæus *de jur. Connubior. cap. II. Sect. IV. fol. 109.*

*An* autem *naturalis vitæ periodus prolongari poſſit?* dixi *in Notis ad Epigrammat. mea Legalia, Epigr. XXV. Decad. III. n. 33. & ſeqq.* Illud ſanè extra Controverſiam eſſe puto, poſſe frugalitate & temperantiâ ſenectutem ſi non producere; at certè tolerabiliorem & minus gravem reddere, per ibid. deducta.

Uber diß / præſagiren manchmal noch kleine unerzogene Kinder / und ahnet ſie / was ſie vor Männer bekommen werden / und wird in Heyraht-Sachen vielmals aus Schertz ein purlauter Ernſt. Dann wañ man des Königs Cyaxaris in Meden Töchterlein fragte / wem Sie heyrathen wolte / gab Sie zur Antwort: Cyrus (der ſich damals bey ſeiner Mutter Bruder in Meden uffgehalten) ſey ihr Bräutigam. Welches auch endlich erfolget iſt / wie zu leſen bey dem

Xenophonte *in Cyropæd. lib. VIII.*

Ebner maſſen wolte Pfaltzgraff Friderici IV. Churfürſten älteſtes Fräulein LUDOVICA, als Sie in ihrer Kindheit von höchſtgedachten ihres Herrn Vaters Schweſter / Fräulein Chriſtinen und andern gefraget wurde / wehme Sie ihr zum Liebſten außerkoren / von niemands anders wiſſen / als vom Pfaltzgraffen Johann zu Zweybrücken. Welches auch erfolget. Von welcher Vermehlung Bucholzerus ſchreibet: Johannes,

 Comes

Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Adminiſtrator & Tutor Electoralis Palatinatus, S. Rom. Imperii in partibus Rheni, Sveviæ ac Juris Franconici Proviſor & Vicarius, matrimonium iniit cum LUDOVICA, Friderici IV. Electoris Palat. Filia primogenita, die nuptiali Anno 1612. 4. Maj. Stylo vet. Heidelbergæ feliciter peracto,

*in Indice Chronolog. ad ann. 1612.*

Similiter hat Ejusd. Friderici IV. Elect. Palat. anderes Fräulein/ Fräulein welches Chur Brandenburg geheyrathet/ in ihrer Kindheit/ den Nahmen Chur Brandenburg/ und daß Sie mit der Zeit daſelbſten wohnen wolte/ ſtetigs im Munde geführet/ und ſich damit erfreuet. Aus welchen beeden von ſeeligen meiner Mutter offtmals erzehlten Exempeln/ zu erſehen/ daß beede Churfl. Fräulein Schweſtern/ allbereit in ihrer zarten Jugend verſpühren laſſen/ daß Sie in ihrem hohen Stand verbleiben/ und nicht mit Niederbürtigen ſich verehligen würden. Dann obwol der Verſtand nicht vor Jahren kommet; ſo leſſet ſich doch eine gute Natur nicht verbergen/ und iſt der heilige Geiſt auch in den Kindern geſchäfftig und mächtig/ wie ſolches die Exempel vieler heiligen Frauen bezeugen.

III. Parentes, inita ſuorum liberorum Conjugia, vel deſponſationes perficere aut perſolvere ne diu differant. Idque ne ante publicas nuptiarum ſolemnitates, conſuetudine nondum licitâ, inter ſe mutuò jungantur, tùm ne Diabolus, Conjugii inprimis hoſtis ἄσπονδος, per ſua, quæ ad hanc rem paſſim obvia & conductitia quaſi habet instrumenta & flabella, amorem Conjugalem inter Neogamos, qui per temporis anguſtiam nondum rectè coaluit, & affinitatem atque amicitiam inter utriusque partis parentes, propinquosque dirimat, ſimultatesque ſuſpitiones ſiniſteriores, aut aperta etiam bella exſufflet, taliaque interſerat Zizania, quæ multo tempore aut nunquam etiam radicitus evelli aut tolli queant, quemadmodum non ſemel fieri compertum eſt, monente

Wilhelmo Zeppero *de polit. Eccleſiaſt. lib. I. cap. XIII. pag. 114.*

Quid enim non perpetrant Monachi, juxta tritum illum verſiculum, citante Henr. Kornmanno *Commentar. de lineâ amoris cap. IV.*

*Quicquid agit mundus, Monachus vult eſſe ſecundus,*
*Non audet Stygius Pluto tentare quod audet*
*Effrenis Monachus, plenaq; fraudis anus.*

adeò,

adeò, ut nec Baldus *D. Thomam Cantuarienſem* excipere voluerit, *in c. 1. ut lite pendente.* Imò *Johannem Tezelium*, nugivendulum Romanæ Curiæ, peccata etiam nondū perpetrata condonantem, *in Adulterio deprehenſum*, Cæſar *Maximilianus* aliquando *capitis damnaverat*, *& in flumen præcipitari juſſerat*, qui tamen Friderici Saxoniæ Ducis interceſſione, qui tum fortè iis locis erat, periculum evaſit.

Sleidan. *lib. XXIII.* Chemnitius *part. IV. Examinis Concil. Trident. de fatal. indulgent. termino pag. 143* Adde Wolffium *Cent. VI. Lection. memorab. pag. 919.* inprimis Latherum *de Cenſu lib. III. cap. XVII. n 67. cum ſeqq.*

ubi *Alaſtoris* hujus fraudes, impoſturas & impudentiam exactè, integro penicillo, vivis quaſi coloribus depingit: ut non immerito dubitetur de *Monacho*, qui dum ſit in poteſtate Abbatis, nihilque proprii habeat, & quicquid acquirit, Monaſterio accedat, *Dd. in Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ. an ſit idoneus Fidejuſſor?* Johan. Gœddæus putat hic diſtinguendum inter Franciſcanos & reliquos Monachos, quibus non eſt prohibitum peculium quoddam habere connivente ſuperiore ſive Abbate. Nicol. Eberhardi *in loc. leg. 24. à ſervo ad Monachum. n. 2.* non quòd putet inhibitum Franciſcanis eſſe Fidejubere, ſed quòd inutilis actio futura creditori adverſus Fidejuſſorem, nihil præter viliſſimum veſtimentum, peram & baculum habentem. Et licet ex contractu cujusque alterius Monachi non agatur cum ipſo Monacho, ſed Monaſterio & Abbate ejus ſecundum Eberhard. *d. loc. 24.* tamen cùm Monachus hac in parte ſervo, Abbas & Monaſterium Domino æquiparentur, non poterit ultra, quàm in peculio illius Monachi eſt, teneri, niſi doceatur, in rem Monaſterii creditum eſſe verſum.

Gœddæus *Comment. de Contrah. & Commit. ſtipulat. cap. VII. n. 307.*

Apud *Helvetios* igitur Sponſæ domo non exeunt poſt Sponſalia, donec nuptiæ celebrentur. Ne igitur diu à Cætibus ſacris eas abeſſe oporteat, utile erit, celebrationem nuptiarum maturare.

Lavaterus *in libr. Judic. cap. XIV. Homil. LXXXVI. fol. 86.*

Quare & *Leges Civiles* initiatorum matrimoniorum conſummationem maturari volunt. Hinc *Impp. Conſtantius & Conſtans*, ſi is (ſtatuunt) qui puellam ſuis nuptiis pactus eſt, intra biennium exequi nuptias *in eadem provincia degens*, ſuperſederit, ejusque ſpatii fine decurſo, in

alterius poſteà conjunctionem puella pervenerit, nihil fraudis ei ſit, quæ nuptias maturando, vota ſua diutius eludi non paſſa eſt.

*l. ſi is qui. 2. C. de Sponſal.* ubi Gothofred. *in not. margin.*

quod verùm, ſi *Sponſus præſens* ſit *d. l. 2.* Si verò *abſens*, exſpectatur per triennium. Liberum eſt Filiæ tuæ, inquiunt *Valerianus & Gallienus*, ſi Sponſum ſuum poſt tres peregrinationis annos exſpectandum ſibi ultra non putat, omiſſa ſpe hujus conjunctionis, matrimonium facere, ne oportunum nubendi tempus amittat. *in l. liberum. eſt. C. de repud.* olim quadriennium erat & ulterius. *l. 17. ff. de Sponſal.* Cujac. *lib. XVI. obſ. XXXV.* Sponſa igitur abſentem Sponſum per tempus legitimum exſpectare tenetur,

Nicol. Mozzius *de Sponſal. rubr. quomodo ſolvantur. n. 12.* Fachſius *lib. III. Controverſ. cap. XXXIII.* Beuſt. *de Sponſal. cap. LX. per tot.*

Quo elapſo, *abſens bina vel trina citatione per Edictum* ad Cohabitationem & Conſummationem matrimonii eſt citandus, Beuſt *d. loc. in med.* Et interim Sponſa in ejus bona, ſi quæ abſens habet, immittenda eſt Speculat. *lib. II. p. I. tit. de primo & ſecundo decreto. §. reſtat. 2. n. 36. in med.* Reſponſum Scabinorum Lipſenſium *Menſ. Febr. 1597.* ad Conſultat. Burgſn. des Rahts zu L. adducit Dn. Berlichius

*deciſ. aurea LXIX. n. 6. part. I.*

Cunctationem igitur & procraſtinationem hic fugiendam eſſe, ingemino. Tangit hoc *chariß. avus meus, Dn. Henricus Salmuth*, SS. Theologiæ Doctor, & Profeſſor, Superintendens Lipſienſis, *b. r.* in ſeiner *VII.* Hochzeit Predigt / aus dem *I.* Buch Moyſis am *XXIV. capit.* cujus verba non poſſum quin attexam: Was unſer lieber GOTT zuſammen gefüget / durch die Verlöbnüß / das ſoll auch in GOttes Nahmen bey Zeit zuſammen kommen / und ſoll die Wirtſchafft nicht auffgezogen werden / dann der Satan iſt ein Feind GOttes / und aller Ordnung GOttes / und weil GOtt den heiligen Eheſtand hat geſtifftet / ſo iſt er demſelben ſehr feind / und unterſtehet ſich uff mancherley Weiſe / ſeinen Saamen in dieſen Stand außzuſeen / und außzuſtreuen / auch allerley Weitläufftigkeit zu ſtifften und einzuführen / darumb es nicht allweg gut iſt / die Hochzeit auffzuziehen / & quæ ſequuntur, *aureis ſignanda litteris.*

Nimis autem anguſtum non erit temporis intervallum inter Sponſalia & Nuptias, ut Deſponſatio innoteſcere poſſit cuivis, ſi forſan ſurgant

gant

gant nigricantes nubeculæ, ut noſci poſſint, quales ſint, & ex quo mari vel Oceano adſcenderint, & an aliquid monſtri alant, an diſſipari poſſint, ne aliquid depluat mali in cœpta Sponſalia. Sed & minus amplum non erit intervallum. Non enim moras nectit Diabolus (quemadmodum ab initio hujus Cautelæ quoque monuimus) Hinc Genevenſes, ultra ſeſquimenſem à Sponſalibus, differri prohibuerunt Nuptias, quales Conſtitutiones etiam alibi, apud alios licebit reperire.

Dn. Mich. Haveman. *in Gamolog. Synopt. lib. I. tit. I. poſit. III.* Confer Alberic. Gentil. *lib. II. de Nupt. cap. II. pag. 119.*

IV. Mulier repulſam paſſa, pro inſita Sexui ſuperbia, intra pectus virus alit & odium. *Fœmina* namque, ut eſt in Proverbio, *aut amat aut odit.* Quod rationibus variis, exemplisque *viginti Octo* rarioribus demonſtramus, in tractatu noſtro

*de Archivis Princip. lib. II. cap. XXVII. per tot.*

Eleganter Eliſabetha Weſthonia *Parthenicῶν lib. II.*

*Aut amat, aut odit mulier, non tertia vis eſt*
*Ulla, ſed hæc magni criminis auſa putes.*

Darumb ſie dann auch in der Grauſamkeit den Löwen verglichen werden. Sie ſeyn verſchlagen zum böſen / und wenn ſie ſich einmal zu der Grauſamkeit begeben / und über jemand ſich erzürnen / ſeyn ſie alsdann dermaſſen böß / und unerbitlich / daß ſie von demſelben nicht außſetzen / noch ruhen können / ſie haben ſich dann gerochen / und ihr Mühtlein und Hertz an ihme wol erkühlet. Was *Kenonis Brœcmerii* in Frießland Weib / die *Nœliqua*, vor eine Tyrannin geweſen / die ihre Blutsfreunde in der Gefängnüß hungers getödtet / und ihren Tochterman ſampt ſeinem Vater mit dem Schwerd richten laſſen / weiln er ihre Tochter / wiewol ſie es ihme ſelber geheiſſen / wegen ihrer Unzucht vom Leben gebracht hatte / davon iſt zu leſen

Ubbo Emmius *rer. Friſicar. hiſt. lib. XVII. fol. 254.* Confer Martin. Zeillern *in Theatro Tragico. hiſtor. XIV. pag. 484.*

De Iracundia Mulierum exſtat memorabilis Stobæi ſententia: *Viri bilis eſt fel, collata verò ad bilem mulieris eſt mel.* Sed incommoda & mala, quæ colligi poſſent ad probandam pravitatem Fœminarum, non cumulabo. Si quis hoc argumenti genere delectatur, inſpiciat

Orloshauſen in illuſtri *Reſponſo*: An Fœminæ in ſucceſſion. regnor. admittantur in Acie virili, *à cap. XVII. usq; ad cap. XXV. incluſivè.* vide Lather. *de Cenſu. lib. III. cap. III. n. 55.*

Sic poſtquam repulſam tulit Potipharis uxor, (quæ, dicente Maldonato & Junctino, lineam, quam *Cingulum Veneris* dicunt, in manu habuit, quæ linea, monente Rudolpho Gochlenio Jun. Doct. Med. incipit inter Indicem & Medium, & ad Annularem usque extenditur, inſtar hemicycli: conſpecta enim apparenter & integrè, *ſupra modum libidinoſos denotat, in mulieris utraq; manu conſpecta*, peſſimum ſignum eſt, *in tract. de Cheiroſcopia cap. I. n. 35. p. 111. & ſeqq.*) amorem convertit in odium, & crimen, cui ipſa erat obnoxia, Joſepho impingit. Pulchrè in hanc hiſtoriam Ambroſius: *Magnus Vir, qui venditus, ſervile tamen neſcivit ingenium: adamatus, non redamavit, rogatus non acquievit, comprehenſus aufugit. Qui cùm ab Uxore Domini conveniretur, teneri non potuit, animo capi non potuit: ac ne ipſa quidem verba diu paſſus eſt. Contagium enim judicavit, ſi diutius moraretur, & per manus adulteræ libidinis incentiva tranſirent. Itaq; veſtem exuit, crimen excuſſit, & relictis, quibus tenebatur exuviis, ſpoliatus quidem, ſed non nudus aufugit, qui erat tectior indumento pudoris. Non enim nudus, niſi quem culpa nudaverit.* Venerandus & Clariſs. Senex,

Dn. Georg. Calixtus *in hiſtor. Joſephi, ſive expoſitione cap. XXXIX. Geneſ. verſ. 11. fol. mihi 21.*

ubi *fol. præced.* hortatur Juvenes, quorum ætas periculo magis obnoxia, ut Juvenem Joſephum ob oculos ſibi ponant, & imitentur, & ſe quoque adverſus carnis ſuæ titilationes & illecebras meretricias, ſerio pietatis, caſtimoniæ & continentiæ ſtudio muniant, involvant, contegant, ne libidines non modò proſperitatem, quam in hiſce terris ſperare poterant, ſed omnem propitii Numinis favorem, & ipſam æternam ſalutem iis eripiant.

Nitendum eſt ergò honeſtis ingeniis, ut libidines, & voluptates fugiant, quò DEUM vera Caſtitate invocare poſſint, juxta verſum:

*Caſta DEUS mens eſt, caſtâ vult mente vocari;*
*Et juſſit caſtas pondus habere preces.*

*Caſtitas* enim *eſt Virtus à DEO præcepta, quâ vetat omnes prohibitas commiſtiones, & prohibitas ſeminis profuſiones.* Eò autem de Caſtitate diligentius cogitent adoleſcentes; quia perſpicuè diſcernit DEUM ab omnibus immundis naturis, à Diabolis & hominibus. Et *amanda eſt hæc Virtus*, quam quidem DEUS ingentibus præmiis ornat, ut oſtendit *hiſtoria Joſephi*, & ſemper cogitent, quòd ſine hâc DEUM nemo videbit, ſicuti Epiſtola ad Hebræos atteſtatur. Quare adoleſcentes caveant

veant, & fugiant omnes vagas & inconceſſas libidines & crapulas, quia *fornicatio, vinum & ebrietas auferunt Cor, Oſeæ 4.* Et *libidinoſa & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti* teſte Cicerone *in Catone Maj. de ſenect.* Quæ pulchra eſt commonefactio.

Joach. à Beuſt *in præfat. ad tract. de ſponſal.*

Von Conrado von Erlingshauſen / dem XXVII. Hochmeiſter in Preuſſen / welcher ſtarck vom Stein geplaget war / ſchreibt man / daß als die Medici ihm zur Unkeuſchheit gerathen / er lieber ſterben wollen / dann ſolche Sünde begehen / und geſagt: **Das gebe GOtt nicht / daß den Leib / den Christus gewaſchen / eine Huhre wieder beſudle / wiſſet ihr nicht / daß die Huhrer und Ehebrecher GOtt richten wird: Beſſer den Stein / dann ewig leiden der Höllen Pein.** Mit welchem wol übereinſtimmet der heilige Auguſtinus / ô quanta, ſagt er / perverſitas, ut animam, quam Chriſtus ſuo ſacro ſanguine redemit, luxurioſus quisque propter unius momenti delectationem libidinis, Diabolo peſſimo ſuo inimico, vendat ac tradat; verè nimium miſeranda ac plangenda conditio eſt, ubi citò præterit, quod delectat, & permanet ſine fine quod cruciat: ſub momento enim libidinis impetus tranſit, & permanet ſine termino animæ infelicis opprobrium.

*lib. de honeſtat. mulier. cap. III. tom. IX. col. 1052. B.*

Als des Königs in Engelland / Jacobi VI. im erſten Jahr ſeiner Königlichen Regierung / vornemſte Herren an der Faſtnacht / von allerhand Ubungen / die ſie ſonſten zu ſolcher Zeit vorzunehmen pflegten / berahtſchlagten / ſoll Er drey Säſſel und zwey Leuchter mit brennenden Liechtern / benebenſt der heiligen Bibel zu bringen / und als mans gebracht / die Bibel in der Mitten / die Leuchter aber in die zwey euſſere Säſſel zu ſetzen befohlen haben. Da dieſes geſchehen / ſey Er darauff nieder gekniet / habe die Bibel auffgethan / ein Capitul daraus geleſen / und die ümbſtehende Herren angeredt: **Ich ſchwehre zu GOTT / daß ich die gantze Zeit meines Lebens / nie zu thun gehabt mit einigem Weibsbild / noch ſelbiges angerührt / auſſer meiner Gemahlin / die Königin. Wann nun einer unter euch iſt / der dieſes auch von ſich ſagen kan / der komme herbey / und thu das / was ich gethan habe.** Aber es ſey aus allen keiner / der ſich deſſen hette unterſtehen dörffen / geweſen. Welches dann der König vor ſeine beſte Faſtnacht gehalten habe.

Dannenhero es ſich wol fraget / ob eine Jungfrau zu Erhaltung ihrer Jungfrauſchafft und Ehre / do ſie zur Unzucht mit Gewalt gezwungen werden will / ſich ſelbſten ümbbringen möge / und derowegen zu entſchüldigen ſey? An videlicet Virgines *αὐτοχέιρες*, quæ ob pudicitiam ſe occidunt, excuſandæ ſint? Negat hoc Frider. Balduin. *in Caſib. Conſcient. lib. III. cap. IV. caſu XIX.* argumentis firmiſſimis, adducens ſimul verſus non inelegantes de LUCRETIA ROMANA, quæ Caſtitatem vitâ ſuâ redimere voluit:

*Si fuit ille Tibi, Lucretia, gratus adulter,*
*Immeritò ex meritâ præmia morte capis:*
*Sin potiùs caſto vis eſt illata pudori,*
*Quis furor, alterius crimine velle mori?*
*Fruſtra igitur laudem captas, Lucretia, namq;*
*Vel ſcelerata cadis, vel furioſa ruis.*

Nonne ſatius eſt, inquit *Auguſtinus*, flagitium committere, quod pœnitendo ſanetur, quàm tale facinus, ubi locus pœnitentiæ non relinquitur? Pugnat igitur illicitus hic vitæ exitus, non tantùm cum Lege divina, ſed ipſa etiam rectâ ratione. Dico hac de re in

*diſcurſ. & obſerv. meis Jurid-hiſt-polit. tom. II. diſc. de αὐτοχειρία. X. per tot.*

*Quatuor* autem *ſpicula* uxor Potipharis impudica vibravit, *unum oculis*, alterum *verbis*, tertium *adſiduitate & pertinacia*, quartum violentia.

B. Ambroſius *lib. de Joſepho. cap. V.*

Quod pluribus oſtendit calumnioſa ejus traductio, dum etiam *Generis* meminit, ut Joſephum magis invidioſum reddat, & jure de marito conqueri videatur: erant enim Hebræi Ægyptiis præ cæteris abominabiles,

Tremell. & Junius *in Not. marginalib. n. 13.*

more hodierno, quo peregrini & Exules à provincialibus inſuper haberi ſolent & ſperni: quibusve tanta, ut domeſticis, fides ac dignatio, nec tanta jurium communio. Alexander apud Curtium *lib. VIII. in Reſponſione ad Invectivam Hermolai:* Calliſthenem, inquit, ſi *Macedo* eſſet, tecum introduxiſſem, digniſſimum te diſcipulo magiſtrum. Nunc *Olynthio* non idem juris eſt, *id eſt*, cùm Olynthius ſit. Odioſè autem (interprete Freinshemio *in Comment. ad d. Curtii loc.*) nomen patriæ ejus inducit.

inducit, ad exaſperandos Macedonum animos, memoriæ vetuſtiſſimæ ſimultatis, quam ea cum Urbe exercuit Macedonia, donec Philippus eam exſcinderet.

Geſta ſunt hæc cum Joſepho, anno circiter *Undecimo* exilii & ſervitutis in Ægypto, cùm jam eſſet annorum XXVII. Nam anno ætatis XVII. Currente, Joſephus ductus eſt in *Ægyptum*, & anno XXV. liberatus eſt ex carcere, in quo hæſerat usque in annum tertium.

Joh. Gerhard. *Comment in cap. XXXIX. Geneſ. quæſt. I.*

Sed *qui factum, quòd calumnioſæ Uxoris accuſationi Potiphar habuerit fidem?* Philo Judæus rectè monet, Potipharem ex ipsâ accuſationis formâ colligere potuiſſe ejus falſitatem, ſi diligenter attendiſſet. Nam (1.) ſi Joſephus vim Dominæ inferre voluiſſet, facilè ex manibus fœminæ pallium extorquere potuiſſet. (2.) Ergò veſtis in manu mulieris fuit ſignum innocentiæ Joſephi, contra verò violentiæ à muliere profectæ. (3.) Potiphar Joſephi fidem, pietatem & induſtriam expertus fuerat hactenus: Ergò non debuiſſet accuſationi tàm citò credere. (4.) debuiſſet locum dare purgationi Joſephi, vel certè exactiùs de re tota inquirere. Quod autem hæc omnia non attendit, tribuendum Zelotypiæ ac affectuum præcipitantiæ.

Dn. Gerhardus *dict. loc. quæſt. III.*

Philo Judæus Joſephum alloquentem Potipharis Uxorem, ſic introducit: *Quid moleſta es? bonis legibus utimur nos Hebræi. Aliæ Gentes puberibus 14. annos ingreſſis permittunt uſum ſcortorum: at apud Noſtrates nulla eſt meretrix, capitali ſupplicio propoſito talem quæſtum exercentibus.*

Habent certè, ut & hoc quoque addam, Mulieres Oculos *vocativos*, loculos *ablativos*: ſi *dativus* fueris, *genitivus* eris. De his & ſimilibus *Mulierum vitiis*, adi

Reuſner. *in horto hiſt-pol. Coron. V. flor. III.* Guevar. *part. III. Epiſt. fol. 86. a.* Keller. *lib. II. de offic. jurid-pol. cap. XVIII. pag. 504.* Fr. Petrarch. *lib. I. de remed. utriusq; fortun. dial. II.* Cambden. *Annal. Anglicar. part. III. pag. 472.*

Verè itaque celeberr. Doct. Schuppius, Concionator Hamburgenſ. in aureo *de Nihili tract. pag. 6.* Ut Conjugium tuum ſit felix, & ſine lite perennet, Uxor tua omnia impetret, & impetret NIHIL.

Concludo Cautelam hanc quartam, elegantiſſimo Henrici Huſani JCti Carmine de Joſepho, qui ab Hera, Potipharis Uxore, de ſtupro ſollicitatus, abſtinuit, *Horarum ſubceſivar. ſive Imaginum Moſaicarum lib. I.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Appetitur cæco plerumq; furore voluptas,*
*Temporis & puncto, dum ſatiatur, abit.*
*Æternumq; animis, quo diſcrucientur, inurit*
*Mœſtitiæ ſenſum dedecorisq; notam.*
*Sic oculi nictu perit oblectatio culpæ,*
*Perpetuò culpam pœna ſecuta manet.*
*At quamvis aliquo benè geſta labore perennant,*
*Tranſeat exigua cum labor ipſe mora.*
*Ergò voluptatem per honeſtos frange labores,*
*Ut ſtet in æterno mens tibi læta gradu.*
*Sic cavet illecebras ſceleris JOSEPHUS, & anſas*
*A cupidâ variè ſollicitatus herâ.*
*Juſſa DEI pœnis damnantis ſtupra ſeveris,*
*Et decus ante oculos omne pudoris habet.*
*Frena voluptatem docet acceptare patiq;,*
*In gyrumq; animi recta, monentis agit.*
*Cordis & affectus, externaq; membra cohercet,*
*Legibus ut cedant obſequioſa DEI.*
Hujus ad exemplum vitioſos comprime motus,
Mandataſque tuo res age quisque loco.

Daß nun dieſes / uff gnädiges Begehren / wiederholte und extendirte Reſponſum Juris, de Principe nobilem ducente Virginem, denen mir gnädig committirten Acten und Uhrkunden / auch dem Rechten und der Billigkeit gemeß / und mittels deducirter fundamenten, alſo zu erkennen; jedoch Hochverſtändiger / und anderer mehrergründetē Bedencken unbegeben. Uhrkunde Jch mit eigenhändiger ſubſcription und uffgetruckten angebornen Pittſchafft

HENRICUS SALMUTH, J. U. L.

F I N I S.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVTRICH
P. I.

Th
4772